debet hō audire ⁊ expectare donec deus
in ip̄o loquatur. q̄ꝛ qui de ſeip̄o loquitur
mendaciuꝫ loquit̄.

De dominica rogationū

Quito loco ſequi
tur de dominica rogationū. in
qua inſtructos p̄ q̄ttuoꝛ dn̄icaſ
q̄ſi armatos q̄ttuoꝛ cardinalibꝰ virtuti/
bus monet annūciare alijs. vt q̄ audit di
cat veni. ⁊ cortina cortinā trahat dicēs in
introitu qui eſt eſa. xlviij. c. ſc̄m aliā trāſla/
tionē. Uocē iocūditatis. i. nouū teſtamē/
tū. in quo p̄miſſa reddunt̄. nō terroꝛis ſi/
cut vetꝰ lex fuit. annūciate ⁊c. Hec aūt do
minica dicit̄ rogationū ꝓpter ꝓpinquaꝫ
aſcenſionē domini. quē q̄ꝛ p̄ nos ſeq̄ non
poſſumꝰ. ideo in oꝛatōe docemur petere
duo q̄ petenda ſunt. ſ. vt cognoſcamus ⁊
faciamꝰ. Dicit enī oꝛatio. Largire queſu
mus dn̄e ſupplicijs tuis. ſemꝑ ſpūm cogi/
tandi que recta ſunt ꝓpicius ⁊ agendi ⁊c.
Un̄ in ep̄la redarguit beatꝰ iacobꝰ eos
qui volunt cognoſcere ⁊ nō facere dicēs
Eſtote factores verbi ⁊ nō auditores tā/
tum ⁊c. ia. j. c. Quedā eccleſie dicūt allelu/
ia. Nōne coꝛ noſtꝝ ardēs ⁊c. luc. vlt̄. cap.
⁊ vſq̄ꝫ modo ⁊c. ioh. xvj. c. In euāgelio ve
ro Amen dico vobis. ioh. xvj. c. oſtendit
quid debeamꝰ petere. ſ. eterna dicēs. Uſ/
q̄ꝫ modo nō petiſtis quicq̄ꝫ. qui enī petit
tp̄alia nil petit. quoniā in eis q̄ non quie
ſcunt quies eſſe nō poteſt. Un̄ ſequitur.
Petite ⁊ accipietis. q̄ꝛ dextera dn̄i ſemꝑ
aperta eſt.

De rogationibus

In tribus diebꝰ ante
feſtū aſcenſionis dn̄i fiūt rogatōnes que
dicunt̄ letanie. Letania auteꝫ grece apud
nos ſupplicatio ſeu rogatio eſt. in qua ec/
cleſia ſancta deuꝫ rogat. vt qui deſtruxit
ꝯſiliuꝫ achitofel deſtruat ꝯſiliū eoꝝ qui
nolunt viuere ſub pacē eiꝰ. Tunc etiam
ſupplicamus deo. vt nos a moꝛte ſubita/
nea ⁊ ab omni infirmitate defendat. Ro
gamꝰ vero ſanctos vt p̄ nobis apud de/
um intercedāt. Et denominatur letania
greco vocabulo ꝓpter autoꝛitatē lingue
grece. ꝓut dictū eſt ſub paſca. Eſt aūt du/
plex letania. ſ. maioꝛ ⁊ minoꝛ. Maioꝛ eſt
in feſto beati marci. que inuēta fuit a be/
ato gregoꝛio ꝓpter peſtē inguinariā ſeu
inflaturā inguinū. cuiꝰ inſtitutiōnis cau
ſas paulꝰ montis caſſini monachus lon
gobardoꝝ hiſtoꝛiographꝰ ita deſcripſit
dicens. q̄ tp̄e pelagij pape tanta fuit inū/
datio aquaꝝ p̄ ytaliā q̄ aque aſcendebāt
vſq̄ꝫ ad ſup̄ioꝛes feneſtras tēpli neronis
qđ erat rome. nec aque intrabāt templū.
tūc p̄ tyberim effluxit multitudo ſerpentū
inter quos fuit maximꝰ draco. ex quoꝛuꝫ
flatibꝰ aer eſt coꝛruptꝰ. ⁊ inde emerſit pe
ſtis inguinaria q̄ homines paſſim ⁊ ſubi
to moꝛiebant̄. Et cū pene totꝰ romanus
ꝑpl̄s deleret̄. pelagiꝰ papa oībus ieiuniū
⁊ ꝓceſſioneꝫ indixit. Sꝫ in ipſa ꝓceſſione
ip̄e cū. lxx. alijs expirauit. Cui ſubſtitutuſ
eſt gregoꝛiꝰ primꝰ. q̄ ⁊ magnꝰ dictꝰ eſt. et
hanc letaniā vbiq̄ꝫ terraꝝ ſeruari p̄cepit
ideoq̄ꝫ hec letania dicit̄ gregoꝛiana vl̄ ro
mana. Uocat̄ etiā cruces nigre quoniaꝫ
in ſignū meroꝛis ex tanta hominū ſtrage
⁊ in ſignū penitētie. homines nigris idu/
ebant̄ ⁊ cruces ⁊ altaria nigris velabant̄
Tercio etiā modo dicit̄ proceſſio ſeptifoꝛ
mis ex eo q̄ beatꝰ gregoꝛiꝰ ſepteno oꝛdie
iuit in ea in maioꝛibꝰ eccleſijs oꝛdinauit.
In primo oꝛdine ſūt clerici. In ſecūdo re/
ligioſi. In tercio ſanctimonialeſ. In q̄rto
pueri. In quinto layci ꝑfecte etatis. In
ſexto vidue ⁊ ꝯtinentes. In ſeptimo con
iugati. In alijs v̄o eccl̄ijs qđ n̄ poſſumuſ

in numero ꝑſonaꝝ ſupplemꝰ in numero
letaniaꝝ. Nā ſepties letaniā dicere debe
mus priuſq̄ʒ inſignia deponamꝰ. Contigiſ
ſe autē dicit romanis ꝓmiſſa inguinaria
peſtis ꝓ eo ꝙ cū in q̄dragesima ꝯtinenter
vixiſſent. ⁊ in paſca corpꝰ dn̄i recepiſſent
poſtmodū ludis cōmeſſationibꝰ ⁊ luxu-
rie frena laxabāt. Fuit quidē tā ſeua hec
peſtis vt ibiq̄ʒ homines ſubito ꝑimeret.
ita ꝙ ſicut dicit cū aliquis ſternutabat ſe
pe ſpiritū emittebat. Un̄ cū aliquis ſter-
nutabat. audiēſ ſtatim accurrēs dicebat
deꝰ te adiuuet. ⁊ abinde vt dicunt hec ad
huc ꝯſuetudo ſeruat. vt audiens aliquē
ſternutantē ſtatim dicat. deꝰ te adiuuet.
Rurſus vt fert cū tunc aliquiſ oſcitabat
frequēter ſubito ſpiritū emittebat. Un̄
cū aliquis ſe velle oſcitare ſentiebat cōti-
nuo ſignū crucis ſibi imprimere feſtina-
bat. q̄ ꝯſuetudo ſilr̄ vſq̄ʒ hodie obſeruat.
Minor vero letania q̄ ⁊ rogatōes ⁊ pro
ceſſiones vocat. fit tribꝰ diebꝰ ante aſcen
ſionē. q̄ ſicut legit in burcardo li. xiij. c. exi
gentibuſ. inuenta eſt apud viennā a bea-
to mamerto ep̄o viennenſi. qui ꝓpter pe
ſtem lupoꝝ ⁊ aliaꝝ feraꝝ in gallijs hoīeſ
atrociter perimentiū. ⁊ ꝓpter ꝑiculoſos
terremotꝰ illuc crebro ꝯtingētes. indixit
ꝓplis ieiuniū triduanū. ⁊ letanias inſtitu
it. Ceſſante vero illa ꝑſecutione ieiuniuʒ
illud in conſuetudinē annue obſeruatō-
nis deuenit. Et ſicut quidā referūt fuit ꝑ
eccleſiā confirmatū. vt vniuerſaliter obſ̄
uetur. Dicit ergo hec letania minor. q̄ a
minori. ſ. a ſimplici ep̄o ⁊ in minori loco.
ſcʒ in vienna inuenta eſt. Illa vero dicit
maior. q̄ in maiori loco. ſ. rome. ⁊ a maio
re. ſ. a magno gregorio. ⁊ ꝑ magno ⁊ gra-
uiſſimo morbo inuēta eſt. Minor tamē
antiquior eſt tp̄e. Nā inſtituta fuit tem-
pore ʒenonis impatoris. Maior v̄o tp̄e
mauritij impatoris. Fiunt etiā letanie ꝓ-
pter plures alias cauſas. Un̄ liberiꝰ pa-
pa ſtatuit vt ꝓ guerra. ꝓ fame. ꝓ peſtilen
tia ⁊ hmōi aduerſitatibꝰ imminentibus.
ſempꝫ letania fiat. vt ſic iſta ꝑ ſupplicatio-
nes. oratōes. ⁊ ieiunia effugiamus. q̄ er-
go hoc tp̄e maxima bella emergere ſolēt.
⁊ fructꝰ terre qui adhuc in teneritate vel
flore ſunt. pluribꝰ modiſ facile corrumpi
ſolent. ideo hoc tp̄e fiunt letanie vt roge
mus deū ꝙ talia a nobis auertat. ⁊ ab ae
ris intemperie ⁊ a beluis ⁊ ab hoſtibꝰ cri
ſtiane religionis nos eripiat ⁊ defendat
ſupꝫ hoc patrocinia ſanctoꝝ ſpecialiter ⁊
generaliter implorantes. ⁊ ideo rogatio-
nes vocant. Dicunt etiā proceſſiones. q̄
tūc eccleſia ꝓceſſionē facit generalē. Et ē
notandū ꝙ rogamꝰ ſanctos ꝓpter nr̄āʒ
inopiā. ꝓpter eoꝝ gloriā. ⁊ ꝓpter dei glo-
riā. ⁊ ꝓpter dei reuerentiā. Qn̄ autē leta
niā ꝓ imminentibꝰ ꝑiculis in penitētiali ⁊
flebili habitu facimꝰ. illā vltimaʒ ꝓceſſio
nem mulieꝝ plangentiū poſt dn̄ʒ qn̄ du-
cebat ad crucē repſentamꝰ. plangētes iu
xta mandatū dn̄i ſupꝫ nos ⁊ ſupꝫ filioſ no
ſtros. Fiunt etiā hoc tp̄e letanie. q̄ criſto
aſcendente q̄ dixit. petite ⁊ accipietis. ꝯſi-
dentiꝰ eccl̄ia petit. ieiunat eni tunc ⁊ orat
vt paꝝ habeat d̄ carne ꝓpter carnis ma
ceratōeʒ ⁊ acquirat ſibi alas ꝑ oratōeʒ q̄
eſt ala qua anima volat in celū. vt ſic xp̄ʒ
aſcendentē libere ſequi valeat. qui aſcen
dit pandēs iter ante noſ. ⁊ volauit ſuper
pennas ventoꝝ. Et hec eſt cā q̄re vltimā
letaniā ſiue vltimū ieiuniū aſcēſioni cōti
nuamꝰ. vt videlicʒ ꝓpter orōes ⁊ ieiunia
depoſita male carnis xp̄m aſcendentē ſe
qui poſſimꝰ. In letanijs ergo fit ꝓceſſio
⁊ cantat in quibuſdā eccl̄ijs ī ꝑncipio ꝓ-
ceſſionis. Exurge dn̄e ⁊c. Frequentandū
etiā eēt ⁊ a pueris dicendū illud canticuʒ

angel'icū. Sancte de⁹. ſancte fortis. ſancte
⁊ imortalis miſerere nobis. Nā ſicut io/
hannes damaſcen⁹ refert in li.iij. cū apō
ꝯſtantinopolī ꝓpter quandā tribulatō
nē fierēt letanie. quidā puer e medio ꝑpl'i
rapt⁹ eſt in celū ⁊ hoc canticū ibidē edo/
ctus. Deinde ad ꝑpl'm rediēs illud in cō/
ſpectu oīs ꝑpl'i decantauit. ⁊ mox oīs tri/
bulatio ceſſauit. Qd̄ canticū calcedoñ. ſi
nod⁹ approbauit. Hui⁹ ergo cantici lauſ
⁊ autoritas colligit. Primo ex eo ꝙ an/
gel⁹ illud docuit. Secūdo ex eo ꝙ ad ei⁹
ꝓlationē illa tribulatio ceſſauit. Tercio
ex eo ꝙ tantū conciliū illud approbauit
Quarto ex eo ꝙ demōes illō valdē timēt
Ceterū i ꝓceſſiōe ipa ꝓcedūt crux ⁊ capſa
reliq̄aꝝ ſctōꝝ. vt vexillo crucis ⁊ orōibuſ
ſctōꝝ demōes expellātur. vt dictū ē in q̄r
ta parte in ti. de ac. pō. ad al. Portant ec̄
vexilla ad repñtandū victoriā reſurrecti
onis et aſcēſionis xp̄i. q̄ cū mag̃ p̄da celoſ
aſcēdit. vñ vexillū per aera icedēs ē xp̄uſ
i celū aſcēdēs. Et ſicut vexillū in ꝓceſſiōe
ipa multitudo fideliū ſequit. ſic et xp̄um
aſcēdētē magna ſanctorū collectio comi/
tatur. Portant ec̄ vexilla ad imitatōē e⁹
qd̄ dr̄ eſa. xj. c. Et leuabit dn̄s ſignū in na/
tiōes et ꝯgregabit ꝑpl'os iſrl' et diſperſos
iude colliget a quattuor plagis terre. Qȝ
vero cruces et vexilla portātur a cōſtanti
no ſumpſit eccleſia. q cū in ſomnis crucis ſi
gnū vidiſſet eiqȝ dictū fuiſſet. vinces i ho
ſigno. iuſſit crucē in vexillis bellicis inſi/
gniri. ꝙ in letanijs crux maior a crucis ba
iulo de altari ſumit. recolit ꝙ ō xp̄i hūeris
tulit eā ſimō cyrene⁹. math. xxvij. In qui/
buſdā locis fit letania per capoſ vt etiam
a ſegetibus demones expellāt vel potiuſ
vt a dn̄o conſeruent. Cātus aūt in ꝓceſſi
one qd̄ ſignificet dictū ē i pre. ti. ac. pō. ad al.
Cōſueuit q̄ȝ q̄dā draco cū cauda lōga ere
cta et inflata duobus primis diebus an
te crucem et vexilla precedere. vltima vō
die quaſi retro aſpiciens cauda vacua at
qȝ depſſa retro ſequitur. Nempe draco
iſte ſignificat dyabolum qui per tria tem
pora. ſ. ante legem et ſub lege ⁊ tēpore grē
que per hos tres dieſ ſignificantur hoieſ
fefellit. et nunc fallere cupit. In duob⁹ p/
mis temporibus regnauit ⁊ quaſi domi
nus orbis fuit cauda longa. i. potenter. et
inflata. ideſt ſuperbe incedens. vnde xp̄ſ
illum principem mundi vocat. et iob. ait.
in apocal'. Uidi ſathanam de celo caden
tem velut fulgur. et traxit ſecum terciā p/
tem ſtellarum. ideſt hominum. In cuius
rei figuram duobus diebuſ modo predi
cto precedit. In tp̄e vero grē ꝑ xp̄m vict⁹
eſt et data eſt aplīs eijciendi ſpūs imun/
doſ poteſtas. ꝓpter qd̄ tercia die draco q̄
ſi poteſtate ꝓpt̄ fidei dilationē amiſſa p⁹
crucē ſequit cauda vacua ⁊ demiſſa. ⁊ nō
lōga q: nō audet ita potēter regnare vt p̄
us ſed per ſuggeſtiones ⁊ latent hoies ſe
ducit q̊s videt pigros in bōis opib⁹ ⁊ reiſ
ſos. nec viā vite ſectātes q̄ſi fur retro aſpi
ciens ſi q̊s oberret et a rectitudīe fidei ca
dat quē ad ſe q̄ſi caudā trahat et ſibi icor
pet ſicut et in deſto filios iſrl' infirmos et
debiles ⁊ q oberrātes remanebāt vltimi
hoſtes poſt tergū venietēſ necabāt. In le
tanijs debem⁹ ſꝫ aurelian. ꝓaliū ieiuna
re vl' ſaltē cibis q̄dragesimalibus et capiſ
nigris i ſignū penitentie vti. nec dȝ q̊s vti
veſte ſolenni. Propt̄ quod vocant ꝓceſ/
ſiones nigre. non tñ debent cruces nigre
vocari. In letanijs quoqȝ debēt oēs a ſ/
uilibus opibus vacare. ſ. viri et mulieres
ſerui et ancille et donec terminetur pro/
ceſſioni adeſſe. vt ſicut omnes peccaue/
runt. ſic et omnes pro venia ſupplicent.
omnes ad deum corda cum manibus

eleuent.i.ſtudiū orationis erigāt. Poſt
ꝓceſſionē cantat̄ miſſa in aliqua eccleſia
Et eſt introitꝰ. Exaudiuit ꝛc. rememorat
enī eccleſia p̄terita dei beneficia ad maio
rem ſpem.⁊ dei largitaſ inuocat̄ vt ꝑ hoc
coniiciat futura.ex eo enī ꝙ multotiēs ex
audiuit perpendit̄ ꝙ adhuc exaudiet. Ex
audiuit inquā de templo ſuo ſancto.ſ.ꝑ
gratiā. Et q2 nō poteſt huiꝰ eſſe exauditō
ſine dilectōe.ſequit̄ verſus. Diligā te ꝛc.
Itē q2 nō exaudiunt̄ niſi ꝑ ꝯfeſſionē.iō
dicat iacobuſ in ep̄la. Confitemini alteru
trum peccata veſtra. que eſt iaco.vlt̄.ca.
Et vt maior ſpes habeat̄ adhibet exēplū
de helya qui petijt vt nō plueret.⁊ ñ plu-
it annis tribꝰ ⁊ menſibus ſex.⁊ poſtea ꝙ
plueret ⁊ pluit. Si enī helyas ſolꝰ exau-
ditus eſt.multofortiꝰ tota eccleſia exau-
dietur.manꝰ enī domini nō eſt abbreuia
ta. Sequit̄ vnū alleluia. Cōfitemini. Sꝫ
cū in diebꝰ antecedentibꝰ duplex allelu-
ia cantet̄.quare in his diebꝰ vnicū tantū
dicit̄. Itē cū in alijs ieiunijs nō dicat̄ all'a
quare in hoc dicit̄. Ad primū dicimꝰ.ꝙ ſi
cut ſepe dictū eſt duplex all'a cantat̄ in an
tecedentibꝰ diebꝰ ꝓpter duplicē ſtolā q̄.
habebit̄ in reſurrectōe cōmuni.anime vi
delicet ⁊ corporis. Officiū autē paſcale qđ
hoc ſignificat finitū eſt.⁊ ideo remota cā
remouet̄ effectꝰ. Ad ſecundū dicimꝰ.ꝙ iō
in alijs ieiunijs nō cantat̄ alleluia qđ eſt
canticū leticie. q2 fiunt ꝓ peccatis ꝓpter
qđ dicunt̄ ieiunia meroris. Hoc aūt ieiu
nium ⁊ ieiuniū pentħe.ſunt exultationiſ
q2 nō fiunt ꝓ peccatis.ſꝫ vt poteſtas dya
boli remoueat̄ ⁊ peſtis.⁊ ideo in eis alle
luia cantatur. Preterea in hoc ieiunio
dicitur alleluia ꝓpter gaudiū aſcenſiōis
qđ imminet. In euāgelio vero. Si quis
veſtrū ꝛc.luc.xi.c.oſtendit ꝙ debemꝰ pete-
re ꝑſeueranter.ꝑ amicū qui dicit amico.

Amice comoda mihi tres panes ꝛc.ſi ꝑſe
uerauerit pulſās ꝓpter improbitatē eiꝰ
ſurget ⁊ dabit ei. Per hoc habet̄ ꝙ etiaꝫ
exiſtēs in peccato mortali.ſi ꝑſeueranter
petierit exaudiet̄ ꝓpter improbitatē. Al-
legorice amicꝰ noſter eſt xp̄s a quo intel-
lectus theodericꝰ petit tres panes.ſ.fideꝫ
ſpem ⁊ caritatē.q2 amicꝰ.i. intellectꝰ pra-
ticus.ſ.ratio inferior venit de via.i.de cō-
ſideratione temporaliū. Sequit̄ ⁊ ñ ha-
beo quid ponā ante illuꝫ.quia non inue-
nit in talibꝰ ſpūalem refectionem.⁊ ſic pe
tit ſuperior intellectus ꝓ inferiori vl' ꝓ to
ta anima.nō enī poteſt habere anima vl'
ratio inferior aliquā refectionē ſpiritua-
lem niſi ab intellectu ſuꝑiori.cuiꝰ eſt ꝯtē-
plari celeſtia. Sequit̄ poſtea ibidē.nūqd
ſi petierit panē.i.caritatē. lapidē dabit ei.
.i.induratōeꝫ.qđ eſt ꝯtrariū caritati.i.nū
quid dabit ꝯtrariū.q.d.nō. Similit̄ ſi pe
tierit piſcē.i.fideꝫ que nutrit̄ in aquis ba
ptiſmi.nunquid ꝓ piſce dabit ei ſerpentē
id eſt infidelitatē a qua eſt oīs vis pecca
ti.q.d.nō. Aut ſi petierit ouū.i.ſpem q2 in
ouo eſt ſpes pulli. nunquid porriget ei
ſcorpionem.id eſt.deſperatio[n]em que re
tro ⁊ occulte pūgit ſicut ſcorpio. deſperā-
tiuꝫ enī eſt retro abire.q̄ſi diceret nō. Al
per paneꝫ intelligūtur omnia que homi-
nis victui ſunt neceſſaria.vt cibus et po-
tus.per ouum omnia genera fetuuꝫ ani-
malium ⁊ fructuū.per piſcem omnia ge-
nera natabilium. Poſtcōmunio. Peti-
te et accipietis ſumpta eſt de euangelio.
Ad horas dicit̄ capitulum. Confitemini
Et illud helyas homo erat. Et illud. Si
quis errauerit.q̄ ſunt iaco.v. In feſto āt
beati marci dicūt quidā ep̄laꝫ. Qui timet
deū.q̄ ē eccli.xv. Alij dicūt. Similitudo vul
tū.q̄ eſt eze.i.c. Euāgeliū eſt. Ego ſū vitis
vā.qđ ē ioh.xv.c. Alij vō dicūt. Deſignauit

Secūda quoq̄ȝ die rogationū eſt idē of
ficiū qđ in prima. niſi q2 in quibuſdam ec
cleſijs euangeliū de matheo legit̄. in q̊ eſt
eadē ſententia.

De vigilia aſcenſionis.

Quia vero ieiuni-
um de q̊ p̄miſſum eſt nō ſufficit
ſine opibus miſericordie. ideo in vigilia
aſcenſionis. q̄ eſt tercia dies rogationuȝ.
eccl'ia monet ad op̄a miſericordie dicens
in introitu qui eſt in quibuſdā eccleſijs.
Miſericordia dn̄i ⁊c. Dicit enī gregori⁹
Si vis orationē tuā ad celū volare. fac ei
duas alas. ſ. ieiuniū ⁊ elemoſinaȝ. Cū bo-
nis enī deſiderijs volam⁹ ad celū. Vn̄ d̄
dn̄o dicit̄. Eleuatis manib⁹ ferebat̄ in ce-
lum. In alijs t̄n eccleſijs dicit̄. Oēs gen-
tes. Epiſtola vero q̄ eſt in quibuſdaȝ ec-
cleſijs. Multitudinis ⁊c. nō videt̄ cōcor-
dare. imo videt̄ p̄poſteratio. q2 poſt aſcē
ſionē dn̄i factū eſt vt multitudinis credē
tiū eſſet cor vnū ⁊ anima vna. Sȝ hoc fit
duab⁹ de cauſis. Prima vt ep̄l'a ꝯſonet
euāgelio. Subleuatis oculis ⁊c. ioh. xvij
c. in quo dicit dn̄s. Pater clarifica. i. ma
nifeſta filiū tuū. ⁊ poſtea rogat dicēs. Ro
go vt vnū ſint. ſicut ego ⁊ tu vnū ſumus.
Hec aūt vnitas oſtēdit̄ in ep̄l'a. Alia cau
ſa eſt. q2 qn̄ ex vero corde dant̄ elemoſine
oīa reputant̄ cōmunia. ſicut dicit ap̄l's d̄
māna qđ qui plus collegit nō plus abū-
dauit. ⁊ qui minus nō habuit min⁹. Qui
enī diues eſt nō debet p̄pter hoc ampli⁹
comedere. ſȝ alijs diſtribuere. Et hoc d̄r
in ep̄l'a. Et erāt illis omnia cōmunia. Jđ
aūt p̄dictum euangeliū dicit̄ hodie. quia
qui paſſurus orauit. hoībus innotuit cū
aſcendit. Vel q2 in fine cōcludit̄. Ego ad
te venio. in quo rogat p̄ his quos dedit
ei pater. vt ſint in patre vnū. cū oīa ſint in
fide ⁊ caritate vnū. i. cōcordia vniti vici
ſim. Vn̄ p̄cedit ep̄l'a. Multitudis credē-
tiū. Hylari⁹ v̊o exponit ſic p̄dicta verba
Rogo vt ſicut ego ⁊ tu vnū ſum⁹. ſ. n̄ tan
tū volūtate. ſȝ etiā nat̄a. ſic ⁊ ip̄i vnuȝ ſint
. ſ. vnitate ſp̄ūs. ⁊ grā ſp̄ūſſācti. In alijſ t̄n
eccl'ijs d̄r ep̄l'a. Vnicui qȝ veſtr̄. ad ephe.
iiij. c. Offertoriū eſt. Viri galilei. act. j. ca.
Poſtcōio eſt. Nō vos. ioh. xiiij. c. In ali
is v̊o eccl'ijs d̄r. Petite. mat. vij. c. Quia
ergo ī hoc officio de elemoſina ⁊ opibus
miſericordie agit̄. iō in q̊buſdā locis vt p̄-
miſſas ſibi alas acquirāt elemoſinaꝝ lar
gitōi intendūt. quā t̄n vſqȝ ī feſtū aſcēſio-
nis differūt. q̄ſi tunc poſt xp̄m in celū ad
uolent ⁊ vt tunc liberius vacare poſſint

Quidā t̄n nō incōgrue ſupradicta offi-
cia paſcalis hebdomade p̄ ſeptem dona
ſp̄ūſſancti ad eoſ referūt. q̄ ſūt ī baptiſmo
renati. vt renat⁹ afflat⁹ ſp̄ū ſapiēte dicat
Reſurrexi. Per qđ reſurrexerit. euāgeli
um declarat. ſ. p̄ reſurrectōneȝ dn̄i Quid
inde acq̄ſierit ſp̄ūs inſtruit intellectuſ di-
cens. Introduxit nos in terrā. ſ. eccleſiaȝ.
Et adhuc addit ſp̄ūs cōſilij. aq̄ ſapientie
potauit eos. Quid inde quoqȝ acquire-
re debeat. ſpiritus indicat fortitudiniſ di
cens Venite benedicti patris mei. Q2 ex
his collatis beneficijs deum laudare de
beat. ſpiritus ſapientie docet dicens. Vi
ctricem ⁊c. Quid reſurrectio renatis at-
tulerit indicat ſpiritus pietatis dicens.
Eduxit eos dominus in ſpe. ⁊ adhuc ſpi
ritus timoris adiungit dicēs Eduxit do
minus populum ſuum. Pro his omni-
bus beneficijs in baptiſmo collatis ho-
minibus. angeli gratulant̄. homineſ deo
confitentur. ⁊ ad chriſti preconia ſemui-
cem exhortantur. gratias agunt. iubilāt.
beneficia ⁊ beneficiorū cauſas rememo-
rant. ⁊ ad maiora confidenter aſpirant. ⁊